II. SIGISMUNDUS Ebersbach / Hirſchbergâ-Sil.
qui Carmine Latino Heroico enarrabit Nativitatis Chriſti Hiſtoriam, idq; ita faciet, ut in προκαταστάσει *illius* antecedentia, *in* διηγήσει connexa, *inq;* ἐπιδιηγήσει conſequentia *audiantur.*

III. JOHANNES VIURUS, Croſnâ-Sil.
qui Carmine Latino Elegiaco altiùs, & quidem ab ipſo miſeriæ humanæ ortu, Hiſtoriam Nativitatis Chriſti repetet.

IV. MAXIMILIANUS Friedrich à Wieſe / Eqv. Sil.
qui Carmine Teuton. Alexandr. conciſiùs eandem canet Hiſtoriam.

V. GODOFREDUS Geißler / Laubâ-Luſ.
qui Prudentii Carmen Heroicum in Epiphaniam Genethliacam Chriſti Θεανθρώπου, *quod ex illius Apotheoſi excerptum habetur, recitabit, Chriſti adverſus Homuncionitas divinitatem demonſtraturus.*

VI. ERNESTUS Gottlob à Rindfleiſch / Eqv. Luſ.
qui vernaculæ Linguæ Rhythmis ita Prudentii Carmen reddet, ut aptè Verſus Verſui reſpondeat.

VII. GODOFREDUS Schwerdfeger / Gorl. Luſ.
qui Jeſulo ſuo recens nato ad faciem Genethliaci, quod Maro quondam Ecl. IV. Salonino, Aſinii Pollionis filio, cecinit, canet GENETHLIACUM.

VIII. SIGISMUNDUS Seiffarth à Rottenburg / Eqv. Luſ.
qui in noſtrâ Vernaculâ, perpetuâ Apoſtrophâ uſurus, ſuum compellabit JESULUM, inq; eo viliſſimæ exinanitionis ſtatum mirabitur.

IX. AUG. DOROTHEUS Rupert / Biſchoffswerdâ-Miſn.
qui Odâ Trochaicâ ex Hymno Prudentii, quem omnis Horæ *inſcripſit, omnes Cœli Terræq; incolas, Angelos & Homines, ut canant Jeſulum, ipſumq; aptiſſimè collaudent, hortabitur.*

X. HENRICUS Gottlieb Schober / Schwidnitz. Sil.
qui, exoratâ prius ſibi ſuccinendi veniâ, ſuccinet per HETEROSIN Odes illius Troachicæ HEROICAM.

XI. GODOFREDUS Ferber / Gorl. Luſ.
qui idem per *HETEROSIN faciet ELEGIACAM.*

XII. JOH. CHRISTOPH. Troppaniger / Leſnâ-Pol.
qui in noſtrâ vernaculâ idem præſtabit Oda ſua Trochaicâ, quod olim in Latina præſtiterat Lingua Prudentius.

XIII. ERDMANNUS Friedrich Berger / Sorâ-Luſ.
qui Carmine ludet Heroico Græco, & per σύγκρισιν *ſ. collationem cum VII. Mundi Miraculis Jeſulum canet ſuum, ut puerum re & nomine verè admirabilem.*

XIV. ERDMANNUS Milchner / Sorâ-Luſ.
qui Metaphraſi Latinâ Heroica Græcum illud reddet Carmen, ut ab omnibus intelligatur.

XV. JOACHIMUS HILDEBRANDUS ab Hund / Eqv. Luſ.
qui in laudem dulciſſimi nominis JESU Carmen in noſtrâ Vernaculâ Alexandrinum ab ore pio fundet.